

Περὶ συνεννόσεως μετὰ τοῦ Πάπα, ὅπως βοηθήσῃ τὸν κατὰ τῶν Τούρκων ἀγῶνα. 1342, Ἰουνίου 10.

F^o 58^{to} N^o 488. Millesimo trecentesimo XLII, die X Junij.

Capta. Ut in facto Turchorum per nos fiat et operetur quod Deo gratum sit et acceptum, cuius negotium agitur in hac parte, consulunt quod committatur ambaxatoribus nostris ad curiam romanam presentialiter profecturis, quod post
5 principalioris ambaxate sibi commisse expositionem, domino pape debeant exponere quod ad noticiam sue sanctitatis per notificationes eius predecessoribus per nos factas et per alios plurimos etiam fama publica refferrente, scimus certissime peruenisse miserabilem et depressam conditionem et statum christianorum et partium Romanie ob crudelem et assiduam persecutionem quam exercent Turchi
10 nequissimi contra christianos et in confusionem fidei christiane. Et licet posse nostrum modicum releuet in tantum multiplicauit et creuit potentia hostium predictorum nam exercent cum lignis ducentis et trecentis inter que sunt multe galee grosse in partes Romanie et ueniunt tam ad insulas quam etiam ad alias terras christianorum quo uolunt nemine ipsorum multitudini ualente resistere et damna grauissima et offensiones personarum et rerum crudissime perpetrare
15 infra terram quantum uolunt capientes et subicientes christianos eorum miserabili seruituti, quibus nisi remedium per pijssimam sanctitatem adhibeatur ad uiciniores christianorum partes accedere procurabunt cum tamquam canes rabidi non curantes de morte sanguinem sitiant christianum, tamen tam manifeste fidei sancte discrimini et christianorum depopulationibus compacientes in intimis cordis nostri subuenimus hactenus et non cessamus auxilium nostrum impendere, iuxta et ultra quam nostra possibilitas exigit, nouit Deus, set non possumus soli resistere ut est dictum. Et quamuis ipsi perfidi fidei christiane intulerint miserabiles lesiones et continuo satagant ad peiora, tamen certissime est sperandum
20 quod si fauor et auxilium apostolicum se opponet, redemptor noster super oppressionibus fidelium, reducet oculos pietatis et eos a tot contatis persecutionibus liberabit, unde accensi zello fidei intuentes fidem sanctam sic miserabiliter deprimi et partes etiam Romanie et obstaculum perpetuum, quod sit propterea negotio passagij terre sancte, si partes medie occupentur per quorum partes, quia
25 loca media oporteret fieri transitus ad passagium antedictum cum uictualibus et alijs necessarijs fidelibus in dicto passagio existentibus ad quod fuimus et sumus dispositi cum omni reuerentia et deuotione tamquam deuoti filij sancte matris Ecclesie et sicut fuerunt nostri predecessores reuerenter et humiliter supplicando ad eius sanctam memoriam reducimus statum miserabilem christianorum et fidei
30

sue sancte ut sumpta compassione de christicolis et partibus memoratis oculos 35
sue pietatis dignetur misericorditer conuere et super sancta fide christiana de
necessarijs et celeri remedio et auxilio prouidere ut perfidorum ipsorum seuitia
conterratur et christiani et fides sancta per prouisionem sanctitatis sue a tanta
miseria et periculis liberetur et comprimatur ipsorum hostium potencia et possit
pro inde libentius et tutius procurari negotium terre sancte ut fides sancta chri- 40
stiana confusis et decretis hostibus augmentum recipiat et maximam gloriam et
honorem quam sic desiderabilem gratiam sancte gubernationi Deus noster reser-
uare prouidit et circa hoc penes eius sanctitatem instent ut obtineri possit suum
auxilium sicut pro honore nostro et bono agendorum uiderunt expedire.

De non 3—non sincere 5. 45

Et si dominus papa seu deputati ab eo uellent ab eis super hoc informari de
uiis et modis quibus possit resisti conatibus ipsorum Turchorum respondit au-
tem in forma in qua uidelicet alias responsum fuit domino archiepiscopo Ebre-
dinensi nuncio domini pape et subsequenter eidem domino pape per nostros
ambaxatores solemnes, uidelicet quod quamuis perfidorum ipsorum potencia 50
multo maior creuerit et sit ea quando dominus archiepiscopus Venecijs fuit et
continuo crescat maior tamen in partibus illis plura dominia sunt Turchorum,
quorum quodlibet est distinctum nec possit subito unum alteri auxilium impar-
tiri, propter credunt quod usserij LX in quorum quolibet essent adminus homines
a remo CXX et equites XX cum equis et armis necessarijs ipsis qui omnes equites 55
caparent summam equitum MCC et pauciores esse nollent ad conterrendum po-
tentiam eorundem et galee XXX armate in quarum qualibet essent homines CC
suficerent ad refrenandum seuitiam eorundem cum quibus equitibus usserijs et
galeis sperant quod comburentur omnia ligna infidelium predictorum cum quibus
in christianos sic immaniter moliuntur et etiam alia sinistra fierent eis de acci- 60
piendis et destruendis eorum terris, et aliter in confusionem eorum et si predicta
fierent securi essent christicole partium Romanie et ipsorum potentia foret quam
totaliter diminuta nec possent fidelibus impedimentum prestare qui uellent ad
requisitionem intendere terre sancte, que acquisicio in dictum passagium, nisi
predicta fiant penitus effectum habere non potest rationibus superius annotatis, 65
que omnia celeritatem requirunt et si penis fuisset in dicto facto prouisum cum
minori exfortio hoc fieri potuisset et quanto magis tardabitur factum ipsum tanto
magis erit maior potencia in predictis et uellent hec fieri ut gentes predictae et
armata exirent de partibus ponentis per totum mensem marcij proxime uenturi
ita quod per totum mensem aprilis sequentis, dicte gentes essent in partibus 70
Turchie.

- F^o 59^r** N^o 489. Capta. Ceterum si requirerentur quale et quantum auxilium commune Veneciarum uellet impendere in predictis respondit quod non habendo respectum ad eorum aliquam grauitatem set solum ad augmentum fidei intendentis et exterminium predictorum quod sicut potest affectat ipso domino papa, rege Francie et alijs mundi regibus principibus et baronibus cum quibus placeret in liga cc et unione ad hoc sanctum opus manus porrigentibus ad uitrices in executione debita omnium premissorum ad terminum mensium octo offert ponere in hoc sancto opere ipsius expensas galeas x armatas cum hominibus cc pro qualibet et ultra hoc offert quod alij quibus apostolice sedi placuerit ordinare poterunt eorum expensas recuperare et habere in Venecijs usserios XII pro equitibus et equis uehendis et tot alia nauigia magna quot essent necessaria ad portandum uictualia et alia necessaria pro omnibus equitibus gente et equis predictis et expensis aliorum ut supra dictum est.
- 75**
- 80**
- 85** N^o 490. Capta. Insuper si exquirerentur de pretio nauigiorum ipsorum uidelicet quantum constaret quodlibet eorum in mense respondit quod predictae galee armate constabunt eis florenos auri DCCCL pro qualibet in mense absque nabulo quod constabit florenos CL in mense pro quolibet et usserij constabunt illis qui eos dehinc accipere uoluerint et armare florenos auri DCL in mense pro quolibet absque nabulo ipsorum quod constabit florenos auri CL in mense pro quolibet. De nauigijs autem magnis pro uictualibus uehendis non possent certum aliquid respondere quia nabulum ipsorum constabit secundum magnitudinem dictorum nauigiorum et secundum tempus quo stabunt in ipso uiagio, considerato etiam loco, a quo accipient uictualia que portabunt.
- 90**
- 95** N^o 491. Capta. Item si interrogarentur de armandis alijs galeis uel usserijs hic in Venecijs respondit quod dantibus nobis iu dicto negotio galeas x armatas et accipientibus de Venecijs alijs quibus dominus papa uoluerit ordinare eorum expensas, usseruios XII et alia nauigia magna, cum gente ipsis necessaria sicut continetur in oblatione nostra exhibunt de Venecijs persone IIII mille et ultra et propterea alie galee uel usserij, hic armari uel haberi non possint, cum penitus necessarium. sit propter nostrorum conseruationem et statum quod galee et alia nauigia nauigent ad mercatum et uictualia et alia necessaria nostrorum uictui conducant, quod fieri non posset absque maximo sinistro nostrorum si maior armata hic deberet fieri in predictis.
- 100**
- F^o 59^{to}** N^o 492. Millesimo trecentesimo XLII, die x Junij.
- Capta. Et si dominus papa diceret eis aliquid de eundo ad dominum regem Francie pro facto Turchorum uel super factis predictis aliquem uel aliquos secum colaturos deputaret uel responderetur eis taliter uel aliter uideretur eis uel

maiori parti ipsorum, habito etiam respectu ad longitudinem seu breuitatem dicti tractatus si quis propterea uobiscum ordinaretur quod unus uel duo ipsorum per concordiam seu per texeram irent pro bono factorum ad ipsum regem uel remanerent in curia, pro tractatu ipso complendo sit in libertate sua eundi ad dominum regem uel remanendi in curia, sicut eis uidebitur ut est dictum ad procurandum fauorem et bonum negocij prelibati. 110

Nº 493. Capta. Insuper quoque si dominus papa non attenderet ad factum equorum mittendorum set solum ad galearum secundum ordinationem factam per quondam bone memorie dominum papam Johannem predecessorem suum, que erat de galeis XL et uellet quod secundum ipsam procederetur in facto requirente ipso quod ponere deberemus dictas galeas X secundum oblationem et dicte ordinationis tenorem non possendo aliquam ex dictis galeis X subtrahere, offerrant parte nostra quod ipse per nos ponentur et habebuntur in dicto negocio dummodo faciat quod totus predictus numerus, qui est de galeis XL per ipsum regem Francie et alios dominos qui sibi uidebuntur totaliter adimpleatur. Cumque autem in prefacta ordinatione caueatur quod dominus Imperator constanter galeas sex ponere teneatur et uellet quod oblationem et pro missionem per eum factam de dictis sex galeis armandis et in dicto negotio tenendis deberet infalibiliter attendere et obseruare, tunc dicant et exponant ambaxatori prefato quod non credunt ipsum dominum Imperatorem ordinationem cum tangentem posse adimplere propter ipsius impotentiam et debilem statum et conditionem ad quem maxime latentibus megadomestici mediantibus insidijs, in quem et eius imperium caput suum erexit et alijs de quibus ipsi ambaxatores plene sunt informati totaliter est deductus propter quod necessario requireretur quod de alio numerum predictarum sex galearum supplente, prouideretur in breui, tamen si eas ponere non recusaret, bonum esset. 120 125 130

Nº 494. Capta. Ordinatio autem predicta et scriptura autentica exhibita nostro ambaxatori de mandato dicti domini pape cum sigillo domini cardinalis de Anzor qui fuit deputatus tractator in dicto facto dictis ambaxataribus ad suam informationem debeat exhiberi. 135

Nº 495. Capta. Et si accidetur quod unus uel duo ipsorum irent uel remanerent per modum superius expressum quam cito poterunt quecumque fecerunt et habuerunt et non occurrerunt in partibus illis nobis sepius debeant per suas litteras uellociter intimare. 140 142

10

Οἱ σοφοὶ ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων Κρήτης Μπερτούτσιος Μιχαήλ, Ἰωάννης Σανουῆδος καὶ Πέτρος Τζάνες ἔχοντες ὑπ' ὄψει τὴν ἀλληλογραφίαν τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης καὶ μελετήσαντες

